

Chapter 1

<p>1:1 onus quod vidit Abacuc propheta</p>	<p>1:1 The burden that Habacuc the prophet saw.</p>
<p>1:2 usquequo Domine clamabo et non exaudies vociferabor ad te vim patiens et non salvabis</p>	<p>1:2 How long, O Lord, shall I cry, and thou wilt not hear? shall I cry out to thee suffering violence, and thou wilt not save?</p>
<p>1:3 quare ostendisti mihi iniquitatem et laborem videre praeda et iniustitia contra me et factum est iudicium et contradictio potentior</p>	<p>1:3 Why hast thou shewn me iniquity and grievance, to see rapine and injustice before me? and there is a judgment, but opposition is more powerful.</p>
<p>1:4 propter hoc lacerata est lex et non pervenit usque ad finem iudicium quia impius praevalet adversus iustum propterea egreditur iudicium perversum</p>	<p>1:4 Therefore the law is torn in pieces, and judgment cometh not to the end: because the wicked prevaieth against the just, therefore wrong judgment goeth forth.</p>
<p>1:5 aspiciate in gentibus et videte et admiramini et obstupescite quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur</p>	<p>1:5 Behold ye among the nations, and see: wonder, and be astonished: for a work is done in your days, which no man will believe when it shall be told.</p>
<p>1:6 quia ecce ego suscitabo Chaldeos gentem amaram et velocem ambulantem super latitudinem terrae ut possideat tabernacula non sua</p>	<p>1:6 For behold, I will raise up the Chaldeans, a bitter and swift nation, marching upon the breadth of the earth, to possess the dwelling places that are not their own.</p>
<p>1:7 horribilis et terribilis est ex semet ipsa iudicium et onus eius egredietur</p>	<p>1:7 They are dreadful, and terrible: from themselves shall their judgment, and their burden proceed.</p>

Habacuc 1

1:8 leviores pardis equi eius et velociores lupis
vespertinis et diffundentur equites eius equites
namque eius de longe venient volabunt quasi
aquila festinans ad comedendum

1:9 omnes ad praedam venient facies eorum ventus
urens et congregabit quasi harenam captivitatem

1:10 et ipse de regibus triumphabit et tyranni ridiculi
eius erunt ipse super omnem munitionem ridebit
et conportabit aggerem et capiet eam

1:11 tunc mutabitur spiritus et pertransibit et corruet
haec est fortitudo eius dei sui

1:12 numquid non tu a principio Domine Deus
meus Sancte meus et non moriemur Domine in
iudicium posuisti eum et fortem ut corripes
fundasti eum

1:13 mundi sunt oculi tui ne videas malum et
respicere ad iniquitatem non poteris quare non
respicis super inique agentes et taces devorante
impio iustiore se

Habacuc 1

1:8 Their horses are lighter than leopards, and
swifter than evening wolves; and their horsemen
shall be spread abroad: for their horsemen shall
come from afar, they shall fly as an eagle that
maketh haste to eat.

1:9 They shall all come to the prey, their face is like
a burning wind: and they shall gather together
captives as the sand.

1:10 And their prince shall triumph over kings, and
princes shall be his laughingstock: and he shall
laugh at every strong hold, and shall cast up a
mount, and shall take it.

1:11 Then shall his spirit be changed, and he shall
pass, and fall: this is his strength of his god.

1:12 Wast thou not from the beginning, O Lord my
God, my holy one, and we shall not die? Lord,
thou hast appointed him for judgment: and
made him strong for correction.

1:13 Thy eyes are too pure to behold evil, and thou
canst not look on iniquity. Why lookest thou
upon them that do unjust things, and holdest
thy peace when the wicked devoureth the man
that is more just than himself?

Habacuc 2

^{1:14} et facies homines quasi pisces maris et quasi
reptile non habens principem

^{1:15} totum in hamo sublevavit traxit illud in
sagena sua et congregavit in rete suo super hoc
laetabitur et exultabit

^{1:16} propterea immolabit sagenae suae et sacrificabit
reti suo quia in ipsis incrassata est pars eius et
cibus eius electus

^{1:17} propter hoc ergo expandit sagenam suam et
semper interficere gentes non parcat

Habacuc 2

^{1:14} And thou wilt make men as the fishes of the sea,
and as the creeping things that have no ruler.

^{1:15} He lifted up all them with his hook, he drew
them in his drag, and gathered them into his
net: for this he will be glad and rejoice.

^{1:16} Therefore will he offer victims to his drag, and
he will sacrifice to his net: because through them
his portion is made fat, and his meat dainty.

^{1:17} For this cause therefore he spreadeth his net,
and will not spare continually to slay the na-
tions.

Chapter 2

^{2:1} super custodiam meam stabo et figam gradum
super munitionem et contemplabor ut videam
quid dicatur mihi et quid respondeam ad
arguentem me

^{2:2} et respondit mihi Dominus et dixit scribe visum
et explana eum super tabulas ut percurrat qui
legerit eum

^{2:1} I will stand upon my watch, and fix my foot
upon the tower: and I will watch, to see what
will be said to me, and what I may answer to
him that reproveth me.

^{2:2} And the Lord answered me, and said: Write the
vision, and make it plain upon tables: that he
that readeth it may run over it.

Habacuc 2

^{2:3} quia adhuc visus procul et apparebit in finem
et non mentietur si moram fecerit expecta illum

quia veniens veniet et non tardabit

^{2:4} ecce qui incredulus est non erit recta anima eius
in semet ipso iustus autem in fide sua vivet

^{2:5} et quomodo vinum potantem decipit sic erit vir
superbus et non decorabitur qui dilatavit quasi
infernus animam suam et ipse quasi mors et non
adimpletur et congregabit ad se omnes gentes et

coacervabit ad se omnes populos

^{2:6} numquid non omnes isti super eum parabolam
sument et loquellam enigmatum eius et dicetur
vae ei qui multiplicat non sua usquequo et
adgravat contra se densum lutum

^{2:7} numquid non repente consurgent qui mordeant
te et suscitabuntur lacerantes te et eris in
rapinam eis

Habacuc 2

^{2:3} For as yet the vision is far off, and it shall appear at the end, and shall not lie: if it make any delay, wait for it: for it shall surely come, and it shall not be slack.

^{2:4} Behold, he that is unbelieving, his soul shall not be right in himself: but the just shall live in his faith.

^{2:5} And as wine deceiveth him that drinketh it: so shall the proud man be, and he shall not be honoured: who hath enlarged his desire like hell: and is himself like death, and he is never satisfied: but will gather together unto him all nations, and heap together unto him all people.

^{2:6} Shall not all these take up a parable against him, and a dark speech concerning him: and it shall be said: Woe to him that heapeth together that which is not his own? how long also doth he load himself with thick clay?

^{2:7} Shall they not rise up suddenly that shall bite thee: and they be stirred up that shall tear thee, and thou shalt be a spoil to them?

Habacuc 2

- ^{2:8} quia tu spoliasti gentes multas spoliabunt te
omnes qui reliqui fuerint de populis propter
sanguinem hominis et iniquitatem terrae civitatis
et omnium habitantium in ea
- ^{2:9} vae qui congregat avaritiam malam domui suae
ut sit in excelso nidus eius et liberari se putat de
manu mali
- ^{2:10} cogitasti confusionem domui tuae concidisti
populos multos et peccavit anima tua
- ^{2:11} quia lapis de pariete clamabit et lignum quod
inter iuncturas aedificiorum est respondebit
- ^{2:12} vae qui aedificat civitatem in sanguinibus et
praeparat urbem in iniquitate
- ^{2:13} numquid non haec a Domino sunt exercituum
laborabunt enim populi in multo igni et gentes in
vacuum et deficient
- ^{2:14} quia replebitur terra ut cognoscat gloriam
Domini quasi aquae operientes mare

Habacuc 2

- ^{2:8} Because thou hast spoiled many nations, all that shall be left of the people shall spoil thee: because of men's blood, and for the iniquity of the land, of the city, and of all that dwell therein.
- ^{2:9} Woe to him that gathereth together an evil covetousness to his house, that his nest may be on high, and thinketh he may be delivered out of the hand of evil.
- ^{2:10} Thou hast devised confusion to thy house, thou hast cut off many people, and thy soul hath sinned.
- ^{2:11} For the stone shall cry out of the wall: and the timber that is between the joints of the building, shall answer.
- ^{2:12} Woe to him that buildeth a town with blood, and prepareth a city by iniquity.
- ^{2:13} Are not these things from the Lord of hosts? for the people shall labour in a great fire: and the nations in vain, and they shall faint.
- ^{2:14} For the earth shall be filled, that men may know the glory of the Lord, as waters covering the sea.

Habacuc 3

2:15 vae qui potum dat amico suo mittens fel suum et
inebrians ut aspiciat nuditatem eius

2:16 repletus est ignominia pro gloria bibe tu quoque
et consopire circumdabit te calix dexterarum
Domini et vomitus ignominiae super gloriam
tuam

2:17 quia iniquitas Libani operiet te et vastitas
animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis
et iniquitate terrae et civitatis et omnium
habitantium in ea

2:18 quid prodest sculptile quia sculpsit illud factor
suus conflatile et imaginem falsam quia speravit
in figmento factor eius ut faceret simulacra muta

2:19 vae qui dicit ligno expergiscere surge lapidi
tacenti numquid ipse docere poterit ecce iste
coopertus est auro et argento et omnis spiritus
non est in visceribus eius

2:20 Dominus autem in templo sancto suo sileat a
facie eius omnis terra

Habacuc 3

2:15 Woe to him that giveth drink to his friend, and
presenteth his gall, and maketh him drunk, that
he may behold his nakedness.

2:16 Thou art filled with shame instead of glory:
drink thou also, and fall fast asleep: the cup of
the right hand of the Lord shall compass thee,
and shameful vomiting shall be on thy glory.

2:17 For the iniquity of Libanus shall cover thee, and
the ravaging of beasts shall terrify them because
of the blood of men, and the iniquity of the land,
and of the city, and of all that dwell therein.

2:18 What doth the graven thing avail, because the
maker thereof hath graven it, a molten, and a
false image? because the forger thereof hath
trusted in a thing of his own forging, to make
dumb idols.

2:19 Woe to him that saith to wood: Awake: to the
dumb stone: Arise: can it teach? Behold, it is
laid over with gold, and silver, and there is no
spirit in the bowels thereof.

2:20 But the Lord is in his holy temple: let all the
earth keep silence before him.

Chapter 3

3:1 oratio Abacuc prophetae pro ignorantibus

3:2 Domine audivi auditionem tuam et timui
 Domine opus tuum in medio annorum vivifica
 illud in medio annorum notum facies cum iratus
 fueris misericordiae recordaberis

3:3 Deus ab austro veniet et Sanctus de monte
 Pharan semper operuit caelos gloria eius et
 laudis eius plena est terra

3:4 splendor eius ut lux erit cornua in manibus eius
 ibi abscondita est fortitudo eius

3:5 ante faciem eius ibit mors et egredietur diabolus
 ante pedes eius

3:6 stetit et mensus est terram aspexit et dissolvit
 gentes et contriti sunt montes saeculi incurvati
 sunt colles mundi ab itineribus aeternitatis eius

3:7 pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae
 turbabuntur pelles terrae Madian

3:1 A PRAYER OF HABACUC THE PROPHET
 FOR IGNORANCES.

3:2 O Lord, I have heard thy hearing, and was
 afraid. O Lord, thy work, in the midst of the
 years bring it to life: In the midst of the years
 thou shalt make it known: when thou art angry,
 thou wilt remember mercy.

3:3 God will come from the south, and the holy one
 from mount Pharan: His glory covered the heav-
 ens, and the earth is full of his praise.

3:4 His brightness shall be as the light: horns are in
 his hands: There is his strength hid:

3:5 Death shall go before his face. And the devil
 shall go forth before his feet.

3:6 He stood and measured the earth. He beheld,
 and melted the nations: and the ancient moun-
 tains were crushed to pieces. The hills of the
 world were bowed down by the journeys of his
 eternity.

3:7 I saw the tents of Ethiopia for their iniquity, the
 curtains of the land of Madian shall be troubled.

Habacuc 3

3:8 numquid in fluminibus iratus es Domine aut in
fluminibus furor tuus vel in mari indignatio tua
quia ascendes super equos tuos et quadrigae tuae
salvatio

3:9 suscitans suscitabis arcum tuum iuramenta
tribubus quae locutus es semper fluvios scindes
terrae

3:10 viderunt te et doluerunt montes gurges aquarum
transiit dedit abyssus vocem suam altitudo
manus suas levavit

3:11 sol et luna steterunt in habitaculo suo in luce
sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgorantis
hastae tuae

3:12 in fremitu conculcabis terram in furore
obstupefacies gentes

3:13 egressus es in salutem populi tui in salutem
cum christo tuo percussisti caput de domo impii
denudasti fundamentum usque ad collum semper

Habacuc 3

3:8 Wast thou angry, O Lord, with the rivers? or
was thy wrath upon the rivers? or thy indigna-
tion in the sea? Who will ride upon thy horses:
and thy chariots are salvation.

3:9 Thou wilt surely take up thy bow: according to
the oaths which thou hast spoken to the tribes.
Thou wilt divide the rivers of the earth.

3:10 The mountains saw thee, and were grieved: the
great body of waters passed away. The deep put
forth its voice: the deep lifted up its hands.

3:11 The sun and the moon stood still in their habi-
tation, in the light of thy arrows, they shall go in
the brightness of thy glittering spear.

3:12 In thy anger thou wilt tread the earth under
foot: in thy wrath thou wilt astonish the na-
tions.

3:13 Thou wentest forth for the salvation of thy peo-
ple: for salvation with thy Christ. Thou struck-
est the head of the house of the wicked: thou
hast laid bare his foundation even to the neck.

Habacuc 3

3:14 maledixisti sceptris eius capiti bellatorum eius
venientibus ut turbo ad dispergendum me
exultatio eorum sicut eius qui devorat pauperem
in abscondito

3:15 viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum
multarum

3:16 audivi et conturbatus est venter meus ad vocem
contremuerunt labia mea ingrediatur putredo in
ossibus meis et subter me scateat ut requiescam
in die tribulationis ut ascendam ad populum
accinctum nostrum

3:17 ficus enim non florebit et non erit germen in
vineis mentietur opus olivae et arva non adferent
cibum abscidetur de ovili pecus et non erit
armentum in praesepibus

3:18 ego autem in Domino gaudebo exultabo in Deo
Iesu meo

Habacuc 3

3:14 Thou hast cursed his sceptres, the head of his
warriors, them that came out as a whirlwind to
scatter me. Their joy was like that of him that
devoureth the poor man in secret.

3:15 Thou madest a way in the sea for thy horses, in
the mud of many waters.

3:16 I have heard and my bowels were troubled: my
lips trembled at the voice. Let rottenness en-
ter into my bones, and swarm under me. That I
may rest in the day of tribulation: that I may go
up to our people that are girded.

3:17 For the fig tree shall not blossom: and there
shall be no spring in the vines. The labour of
the olive tree shall fail: and the fields shall yield
no food: the flock shall be cut off from the fold,
and there shall be no herd in the stalls.

3:18 But I will rejoice in the Lord: and I will joy in
God my Jesus.